



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Variorum In Europa Itinerum Deliciae

Chyträus, Nathan

[Herborn], 1599

VD16 C 2803

Viennensia. In Viennam Jul. Cæs. Scaliger.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70708](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70708)



GERMANICA. VIENNENSIA.

IN VIENNAM JUL. CÆS.
SCALIGER.



*Spice barbaricis qua propugnacula bellis;
Qua stet fulminis machina torva pilis:
Adversus spurium, qua fortia pectora, Turcam
Apparet intrepida Norica dextra fide.*

*Illa igitur validis assultibus irrita fudit
Prælia, qua capto fecerat hostis agro.
Quin etiam patrii demissis turbine celi
Auxiliis largo perpluit imbre polus.
Qualia regna putes, numen quibus excubat armis?
Nonne Dei est, pro quo pugnat & ipse Deus?*

INSCRIPTIONES VIENNENSES.

PORTÆ GRATULATORIÆ SUBURBANÆ
*Vienna Austria, Imperatori Rudolpho II. &c. primò ur-
bem ingredienti à Senatu Populoq; Viennensi
posita, inscriptiones.*

ARCHIDUCI SUO SERENISS. RUDOLPHO II.
Imper. Cæs. Aug. &c. gratulatur Austria sua.
*Austria quòd redeas tua Maxime gaudeo Cæsar,
Successu felix opto fruare bono.
Res est successus qua non preciosior ulla,
Res venit à solo tam preciosa DEO.*

AQUILA ROMANA IMPERATORI SUO
Rudolpho II. invictiss.

Ante polus stellis, ver floribus, imbribus ether,

Danubius rapidis ante carebit aquis.

Ante tibi, ante Jovi communis desinet usus

Esse Aquila, quam te non ego fida colam,

Duxq; comesq; tibi sistar belloq; togaq;

Custosq; & clypei fida ministra tui.

ROMANORUM IMPERATOREM RUDOL. II.

Cæs. salutat Europa humilime.

In te Magne mihi spes est sita magna Rudolphe,

Cæsar ades rebus tuq; Deusq; meis.

Afflicta mea fata vides: afflicta sed oro

Sis memor Europa per mea fata tua.

ARÆ SEPULCRALES INCLYTÆ
familiaë Salmensis.

ARA I.

Dis Man. Sac.

Incomparabilis heros, NICOLAUS á SALMIS, D. Ferdinandi Rom. Hunga. ac Boëmiæ Regis, Archiducis Austriæ ab arcanis cõsiliis, Cubicularius, & supremus provinciarũ Austriæ Capitaneus: Quum D. FRIDERICUS Rom. Imp. D. SIGISMUNDUS, D. MAXIMILIANUS Rom. Imp. & FERDINANDUS Rom. Cæsar, Augusti fratres, rerum potirentur: eorum auspiciis, Reipub. annis XLVI. fortem atq; strenuam operam domi militiæq; navavit. Anno porro Domini M. D. XXXIX. Solymano Turcarum Tyranno Viennam obsessam atrociter oppugnante, dum dirutis mœnibus invictum generosi animi robur pro muro hostium minis opponit, saxo percussus, lethale vulnus accepit. D. FERDINANDUS Pat. Patr. virtutis rerumq; gestarum gloriæ ergó, hoc ei monumentum fieri cur. Moritur IV. die mens. Maji, Anno Domini Jesu Servatoris M. DC. XXX.

Virtutem posterii imitantor.

*Quam meruit virtus, sequitur te gloria. Cæsar
Et tumulum, & lacrymas dedicat has tumulo.*

ALA

ARA II.

D. O. M. S.

Nicolao I V. Salmæ & Neoburgi Comiti, Nicolai illius
II. Salmæ Com. magnit. rer. gestar. suo seculo belli Ducis
clariss. F.

D. Ferdinan. Rom. Regis supr. Cubiculario, omnibusq;
ipsius regnis ac ditionibus. cum summo imperio Præ-
posito:

A Joanne Pannon. Rege, & Solyman. Turcar. Tyranno,
ad quos ipsius Ferdinandi nomine legatus missus fu-
erat, ampliss. muneribus donato:

Ab illo atq; etiam in fratrem cariss. admiratione virtu-
tis adoptato:

A suo Principe Pofonien. regionis jurium arcisq; præ-
fectura & Comitatu Neoburg. aucto ornatoq;:

A Carolo V. Cæs. max. & feliciss. in ampliss. ordinem
aurei velleris cooptato:

Quum Levam, Chiabrachium, Zythnam, Muranum,
expugnasset, communemq; pacem Regno Hungarię red-
didisset:

Paternam jam gloriam assecutus, decessit Agrię. XVI.
Calend. Sept. anno Christi M. D. L. æt. *

Julius Com. Salmæ & Neoburgi, D. Maxim. Rudolph.
II. ab Imperialis aulæ consiliis, Filius mœrens Parenti
sanctiss. atq; opt. fecit. ANNO Sal. Hum. M. D. XVI C.

Si vitam vitâ mihi compensare liceret,

Magne parens, mea jam, jam tua vita foret.

Sed mea vita nihil: potior tua cœlica vita;

O liceat tecum vivere, sicq; mori.

ARA III.

Jovæ Opt. Max.

CHRISTOPHORO COM. SALMIO
& Neoburgio:

Nicolai III. F. Nic. II. N. Joan. pron. præclaræ indolis,
ac summæ spei adolescenti, qui in floridissima jam tum
ætate, vita hinc laudatissimè peracta, maxima fidei con-

S ▼

stantia, fatis cessit, magno cum patriæ dolore ac desiderio.

Anno Sal. Hum.

Æt.

ARA IV.

CHRISTO S. SERV.

Wolfgango Nic. F. Nic. N. Joan. pron. Comiti Salmio
& Neoburgio, Præsuli & Episcopo Patavino: sinceræ Re-
ligionis, & æquitatis observantissimo: summo inge-
nio, eximia doctrina, rara eloquentia prædito:

Humanitate ac beneficentia domi forisq;
claro: Principi sanctissimo:

Musarum patrono incomparabili:

Bonorum omnium cum luctu,

Supremo die piè religioseq; functo: Passaviæ, VI Decemb.

Anno M. D. LV. Æt.

*Misere vale: nulla hic est constans patria: calum
Per te Christe datur patria firma piis.*

ARA V.

D. O. M. S.

Eckio & Nicolao, Salmæ & Neoburgi Comitib. Ni-
col. IV. Com. Salm. & Neoburgi filiis:

Posonien. regionis jurium, arcisq; præff. ambo-
bus viris ampliff. ac clariff.

Alter Jaurinen. præsidii Princeps, perterrefactam Zy-
gethana clade Pannoniam, re, fortuna, fide, sustinuit:

Summa usus celerit. Hegettam, Tattam, & Vesprimi-
um à Solyman. Turcar. Tyran. ereptas virtute sua recu-
peravit:

Liberalis, magnanimus, laborum militar. patientiff. in
omni belli munere ita egit, ut hosti celeberrimus simul &
formidabilis haberetur.

Alter autem omni liberali doctrinâ perpolitus, Græcè
Latinè aliquotq; aliar. exotic. linguar. exactè doctus, ve-
ram sapientiam ante canos comparasse visus est:

Primum Imperialis, inde bellicus Senator, sub Ferd.
Maximil.

Maximil. & Rudol. II. Rempub. fideliff. & opt. consiliis
semper rexit:

Machinementis ad præsidia munienda, adq; hostium
augendam incuriam inventis, cum iis quos mirata est
antiquitas, comparandus.

Ille Jaurini in complexu milit. quibus apprimé carus
semper fuerat, extremum vitæ spiritum edidit.

An. Sal. M. D. LXXIV. non. Jul. Ætat. *

Hic Canisæ, cui cum summa potestate præerat, post-
quam vix x. mens. spacium excubias pro sal. patriæ egis-
set, vi repentinæ mortis sublatus est. VI. Cal. Decembr.
Æt. S. anno XLIII. Christi xxx.

Julius Com. Sal. Neob. D. Maximil. & Rudol. II. ab Au-
læ Imperialis consiliis, a vitæ paternæq; virtutis æmula-
toribus, germanis cariss. pos. Anno M. D. XVI. C.

Accipite ô anima fortes, monimenta doloris,

Mixta piis lacrymis hæc pia vota, mei.

O me fata darent vobiscum vivere: vita

In vita, haud vita est, cui sua vita deest.

ARA VI.

P. M.

Illustr. at strenuo Heroi NICOLAO V.

Nicol. F. Eginonis & Julii Com. à Salm. & Neoburg. FR.

Senatu bellico Maximil. & Rudolph. II. cognito,

Posonien. regionis Comiti, Canisæq; præfecto:

Qui quum suæ custodiæ excubiarumq; duûm vix.
mens. (quos anni multi haud emetiren-
tur) edidisset:

Sive fato, sive iniquorum maleficio importu-
niss. sublatus:

Jul. fratri Maximil. & Nicol. filiis filiabusq;, conjugiq;

Judithæ à Polhaim superstitionibus mœrorem cunctis,

dum cinerès quiescunt, sui desiderium

relinquens:

M. H. M. H. S. E.

Vix. ann. XLIII. Ob. Canisæ XXVI. anni Sal. LXXX.

ARA VII.

D. O. M. S.

Elisabethæ Thurræ, Freistadii, Semphtæ, Richenauiz,
& Themetuini Dominæ, scæminæ lectissimæ,
Alexii Thurri, viri summi, Pannoniæ Proregis æquill.
& sapientiss. filiæ;

Quæ sic semper vixit, ut seculum ipsa haud dignum
videretur:

Ita diem extremum clausit, ut mors omni vitæ ipsius
curriculo responderet:

Sed & Æmiliæ ac Juliolo puellis bimulis:

Qui utrum formosiores, an blandiores fuerint, dubi-
um reliquerunt:

Qui quod voluit mater, semper fecerunt:

Alterum mî Elisabetha, alterum Anna-Maria Die-
trichsteinia uxor superstes fidissima peperit:

Julius Com. Salm. & Neoburg. Maximil. & Rudol.

II. ab Imperialis aulæ consiliis,

Maritus & parens, conjugii ac liberis dul-
cissimis,

Quod cum illis non sim, dolens feci.

Anno Sal. M. D. XXCIV.

*Si dolor & lacryma possent vos reddere vitæ:
Reddiderint vitæ vos dolor & lacryma
Jam dudum. quid tum? dolor est & lacryma testis,
Gaudia vos vitæ sola fuisse mea.*

ARA VIII.

Christo Redempt. S.

ANNÆ-MARIÆ DIETRICHSTEINIÆ,
Sigism. F. Sigismundi N.

Liber Baron. ab Holleburg & Fin-
ckenstein, &c.

Quæ matronal. virtutum omnium ac
laud. præclariss.

Summa

VIENNENSIA.

285

Summæ erga Deum religionis, erga ma-
ritum fidei,

Amoris erga liberos, benevolentia erga suos,
Benignitatis erga pauperes, erga omnes
humanitatis,

Morum deniq; ac vitæ perpet. sanctimoniam,
castitatis, innocentiam,
vivens moriensq;,

Singulari præluxit exemplo omnibus sui ordinis
& sex. hominib.
conjugi incomparabili,

Quæ supra ætatem morbo varorum pala-
bundo infestata,

Partu heu immaturo nimis quintam
enixa sobolem,

Magno cum dolore ac labore:

Quam sacro fonte prius renatam, & ex se
Annam-Mariolam cognominatam, secum in cælum
sublatam, Christo initiavit:

Inter amplexus conjugis, & liberor. aman-
tiss. piæ sancteq; expiravit,
animulæ suæ carissimæ

Julius Com. Salm. & Neoburg.
maritus infeliciss.

uberibus cum lacrymis pos.

Vita mea vita quondam, mea mellila conjunx;

Mors vita nunc es mortua nempe mea,

Solvar. & ô tecum Christo nunc deniq; vivam:

Sic placeam: Christo vivere certa salus.

Ob. ann. ætat. XXVI I. Sal. hum. 1517.

Martii 5.